



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia**

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

**Parisiis, 1644**

De episcopo ordinante quem intellexit fidem negasse; & de ordinato, qui postquam negavit, irrepsit in ordinem. Capvt XII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15072**

ANNO  
CHRISTI  
325.

minati confitentur se peccasse id genus peccatorum, de quibus supra scriptum est, eiiciantur ex sacerdotio, & non reputabitur eis in peccatum, quod illis, cum non essent probati & electi, manus imposuerunt; nec erunt in culpa hoc faciendo, siquidem faciunt in eis quod a Christo Domino nostro ordinatum est.

*De episcopo ordinante quem intellexit fidem negasse; & de ordinato, qui postquam negavit, irrepsit in ordinem.*

CAPVT XII.

Si quis prælatus receperit aliquem in ecclesiam sanctam, qui fidem negarit, quem prælatus ex aliquo cognouerit fidem negasse, & ordinauerit eum sacerdotem, aut in alio gradu, deponendus est ipse, & ordinator ab omni ordine: aut si iste irrepsit in ordinem, nec examinatus, nec interrogatus; & postea ab iis qui cognouerunt falsitatem, sciatur hoc; deponendus est iste.

*De transeunte ad aliam ecclesiam sponte sua, & electo ab illa, cui postea displicet manere in ea.*

CAPVT XIII.

Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus ab ecclesia sua ad aliam electione illius ecclesiæ, & voluntate sua se transferat, & postea non placet ei esse ibi, volueritque eo, vnde prius se transtulit, redire; non est postea recipiendus, sed potius ab hac & illa ecclesia sit exclusus, quia ipse se sponte sua elegit.

Can. Nic.  
Græc. 15.  
epitome  
huius 13. ex  
Arabico.

*De dante operam, vt transferatur a sua ecclesia ad aliam.*

Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut aliquis ex clero dederit operam, vt ex sua ec-

*Concil. Tom. 2.*

Kk